

## Chapter 1

1:1 onus Nineve liber visionis Naum Helcesei

1:1 The burden of Ninive. The book of the vision of Nahum, the Elcesite.

1:2 Deus aemulator et ulciscens Dominus ulciscens  
Dominus et habens furorem ulciscens Dominus in  
hostes suos et irascens ipse inimicis suis

1:2 The Lord is a jealous God, and a revenger: the Lord is a revenger, and hath wrath: the Lord taketh vengeance on his adversaries, and he is angry with his enemies.

1:3 Dominus patiens et magnus fortitudine et  
mundans non faciet innocentem Dominus in  
tempestate et turbine viae eius et nebulae pulvis  
pedum eius

1:3 The Lord is patient, and great in power, and will not cleanse and acquit the guilty. The Lord's ways are in a tempest, and a whirlwind, and clouds are the dust of his feet.

1:4 increpans mare et exsiccans illud et omnia  
flumina ad desertum deducens infirmatus est  
Basan et Carmelus et flos Libani elanguit

1:4 He rebuketh the sea and drieth it up: and bringeth all the rivers to be a desert. Basan languisheth and Carmel: and the flower of Libanus fadeth away.

1:5 montes commoti sunt ab eo et colles adsolati  
sunt et contremuit terra a facie eius et orbis et  
omnes habitantes in eo

1:5 The mountains tremble at him, and the hills are made desolate: and the earth hath quaked at his presence, and the world, and all that dwell therein.

1:6 ante faciem indignationis eius quis stabit et quis  
resistet in ira furoris eius indignatio eius effusa  
est ut ignis et petrae dissolutae sunt ab eo

1:6 Who can stand before the face of his indignation? and who shall resist in the fierceness of his anger? his indignation is poured out like fire: and the rocks are melted by him.

1:7 bonus Dominus et confortans in die tribulationis  
et sciens sperantes in se

1:7 The Lord is good, and giveth strength in the day of trouble: and knoweth them that hope in him.

## Nahum 1

## Nahum 1

1:8 et in diluvio praetereunte consummationem  
faciet loci eius et inimicos eius persequentur  
tenebrae

1:9 quid cogitatis contra Dominum consummationem  
ipse faciet non consurget duplex tribulatio

1:10 quia sicut spinae se invicem conplectuntur sic  
convivium eorum pariter potantium consumentur  
quasi stipula ariditate plena

1:11 ex te exivit cogitans contra Dominum malitiam  
mente pertractans praevaricationem

1:12 haec dicit Dominus si perfecti fuerint et ita  
plures sic quoque adtendentur et pertransibit  
adfixi te et non adfigam te ultra

1:13 et nunc conteram virgam eius de dorso tuo et  
vincula tua dirumpam

1:14 et praecipiet super te Dominus non seminabitur  
ex nomine tuo amplius de domo Dei tui  
interficiam sculptile et conflatile ponam  
sepulchrum tuum quia inhonoratus es

1:8 But with a flood that passeth by, he will make  
an utter end of the place thereof: and darkness  
shall pursue his enemies.

1:9 What do ye devise against the Lord? he will  
make an utter end: there shall not rise a double  
affliction.

1:10 For as thorns embrace one another: so while  
they are feasting and drinking together, they  
shall be consumed as stubble that is fully dry.

1:11 Out of thee shall come forth one that imagineth  
evil against the Lord, contriving treachery in his  
mind.

1:12 Thus saith the Lord: Though they were perfect:  
and many of them so, yet thus shall they be cut  
off, and he shall pass: I have afflicted thee, and I  
will afflict thee no more.

1:13 And now I will break in pieces his rod with  
which he struck thy back, and I will burst thy  
bonds asunder.

1:14 And the Lord will give a commandment con-  
cerning thee, that no more of thy name shall be  
sown: I will destroy the graven and molten thing  
out of the house of thy God, I will make it thy  
grave, for thou art disgraced.

1:15 ecce super montes pedes evangelizantis et  
 adnuntiantis pacem celebra Iuda festivitates  
 tuas et redde vota tua quia non adiciet ultra ut  
 pertranseat in te Belial universus interiit

1:15 Behold upon the mountains the feet of him that  
 bringeth good tidings, and that preacheth peace:  
 O Juda, keep thy festivals, and pay thy vows: for  
 Belial shall no more pass through thee again, he  
 is utterly cut off.

## Chapter 2

2:1 ascendit qui dispergat coram te qui custodit  
 obsidionem contemplare viam conforta lumbos  
 robora virtutem valde  
 2:2 quia reddidit Dominus superbiam Iacob sicut  
 superbiam Israhel quia vastatores dissipaverunt  
 eos et propagines eorum corruperunt  
 2:3 clypeus fortium eius ignitus viri exercitus  
 in coccineis igneae habenae currus in die  
 praeparationis eius et agitatores consopiti sunt  
 2:4 in itineribus conturbati sunt quadrigae conlisae  
 sunt in plateis aspectus eorum quasi lampades  
 quasi fulgura discurrentia

2:1 He is come up that shall destroy before thy face,  
 that shall keep the siege: watch the way, fortify  
 thy loins, strengthen thy power exceedingly.  
 2:2 For the Lord hath rendered the pride of Jacob,  
 as the pride of Israel: because the spoilers have  
 laid them waste, and have marred their vine  
 branches.  
 2:3 The shield of his mighty men is like fire, the men  
 of the army are clad in scarlet, the reins of the  
 chariot are flaming in the day of his preparation,  
 and the drivers are stupified.  
 2:4 They are in confusion in the ways, the chariots  
 jostle one against another in the streets: their  
 looks are like torches, like lightning running to  
 and fro.

## Nahum 2

## Nahum 2

2:5 recordabitur fortium suorum ruent in itineribus  
suis velociter ascendent muros eius et  
praeparabitur umbraculum  
2:6 portae fluviorum apertae sunt et templum ad  
solum dirutum  
2:7 et miles captivus abductus est et ancillae eius  
minabantur gementes ut columbae murmurantes  
in cordibus suis  
2:8 et Nineve quasi piscina aquarum aquae eius  
ipsi vero fugerunt state state et non est qui  
revertatur  
2:9 diripite argentum diripite aurum et non est finis  
divitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus  
2:10 dissipata et scissa et dilacerata et cor tabescens  
et dissolutio genculorum et defectio in cunctis  
renibus et facies omnium sicut nigredo ollae  
2:11 ubi est habitaculum leonum et pascua catulorum  
leonum ad quam ivit leo ut ingrederetur illuc  
catulus leonis et non est qui exterreat

2:5 He will muster up his valiant men, they shall  
stumble in their march: they shall quickly get  
upon the walls thereof: and a covering shall be  
prepared.  
2:6 The gates of the rivers are opened, and the tem-  
ple is thrown down to the ground.  
2:7 And the soldier is led away captive: and her  
bondwomen were led away mourning as doves,  
murmuring in their hearts.  
2:8 And as for Ninive, her waters are like a great  
pool: but the men flee away. They cry: Stand,  
stand, but there is none that will return back.  
2:9 Take ye the spoil of the silver, take the spoil of  
the gold: for there is no end of the riches of all  
the precious furniture.  
2:10 She is destroyed, and rent, and torn: the heart  
melteth, and the knees fail, and all the loins lose  
their strength: and the faces of them all are as  
the blackness of a kettle.  
2:11 Where is now the dwelling of the lions, and the  
feeding place of the young lions, to which the  
lion went, to enter in thither, the young lion, and  
there was none to make them afraid?

### Nahum 3

### Nahum 3

2:12 leo cepit sufficienter catulis suis et necavit leaenis

suis et implevit praeda speluncas suas et cubile

suum rapina

2:13 ecce ego ad te dicit Dominus exercituum et

succendam usque ad fumum quadrigas eius et

leunculos tuos comedet gladius et exterminabo

de terra praedam tuam et non audietur ultra vox

nuntiorum tuorum

2:12 The lion caught enough for his whelps, and killed for his lionesses: and he filled his holes with prey, and his den with rapine.

2:13 Behold I come against thee, saith the Lord of hosts, and I will burn thy chariots even to smoke, and the sword shall devour thy young lions: and I will cut off thy prey out of the land, and the voice of thy messengers shall be heard no more.

## Chapter 3

3:1 vae civitas sanguinum universa mendacii

dilaceratione plena non recedet a te rapina

3:2 vox flagelli et vox impetus rotae et equi

fremetis et quadrigae ferventis equitis

ascendentis

3:3 et micantis gladii et fulgurantis hastae et

multitudinis interfectae et gravis ruinae nec est

finis cadaverum et corruent in corporibus suis

3:1 Woe to thee, O city of blood, all full of lies and violence: rapine shall not depart from thee.

3:2 The noise of the whip, and the noise of the rattling of the wheels, and of the neighing horse; and of the running chariot, and of the horsemen coming up,

3:3 And of the shining sword, and of the glittering spear, and of a multitude slain, and of a grievous destruction: and there is no end of carcasses, and they shall fall down on their dead bodies.

## Nahum 3

## Nahum 3

<sup>3:4</sup> propter multitudinem fornicationum meretricis  
speciosae et gratae et habentis maleficia quae  
vendidit gentes in fornicationibus suis et familias  
in maleficiis suis

<sup>3:5</sup> ecce ego ad te dicit Dominus exercituum et  
revelabo pudenda tua in facie tua et ostendam  
gentibus nuditatem tuam et regnis ignominiam  
tuam

<sup>3:6</sup> et proiciam super te abominationes et  
contumeliis te adficiam et ponam te in  
exemplum

<sup>3:7</sup> et erit omnis qui viderit te resiliet a te et dicet  
vastata est Nineve quis commovebit super te  
caput unde quaeram consolatorem tibi

<sup>3:8</sup> numquid melior es ab Alexandria populorum  
quae habitat in fluminibus aqua in circuitu eius  
cuius divitiae mare aquae muri eius

<sup>3:9</sup> Aethiopia fortitudo et Aegyptus et non est finis  
Africa et Lybies fuerunt in auxilio tuo

<sup>3:4</sup> Because of the multitude of the fornications of  
the harlot that was beautiful and agreeable, and  
that made use of witchcraft, that sold nations  
through her fornications, and families through  
her witchcrafts.

<sup>3:5</sup> Behold I come against thee, saith the Lord of  
hosts: and I will discover thy shame to thy face,  
and will shew thy nakedness to the nations, and  
thy shame to kingdoms.

<sup>3:6</sup> And I will cast abominations upon thee, and will  
disgrace thee, and will make an example of thee.

<sup>3:7</sup> And it shall come to pass that every one that  
shall see thee, shall flee from thee, and shall say:  
Nineve is laid waste: who shall bemoan thee?  
whence shall I seek a comforter for thee?

<sup>3:8</sup> Art thou better than the populous Alexandria,  
that dwelleth among the rivers? waters are  
round about it: the sea is its riches: the waters  
are its walls.

<sup>3:9</sup> Ethiopia and Egypt were the strength thereof,  
and there is no end: Africa and the Libyans were  
thy helpers.

## Nahum 3

3:10 sed et ipsa in transmirationem ducta est in  
captivitatem parvuli eius elisi sunt in capite  
omnium viarum et super inclitos eius miserunt  
sortem et omnes optimates eius confixi sunt in  
conpedibus

3:11 et tu ergo inebriaberis eris despecta et tu quaeres  
auxilium ab inimico

3:12 omnes munitiones tuae sicuti ficus cum grossis  
suis si concussae fuerint cadent in os comedentis

3:13 ecce populus tuus mulieres in medio tui inimicis  
tuis adapertione pendentur portae terrae tuae  
devorabit ignis vectes tuos

3:14 aquam propter obsidionem hauri tibi extrue  
munitiones tuas intra in lutum et calca subigens  
tene laterem

3:15 ibi comedet te ignis peribis gladio devorabit te  
ut bruchus congregare ut bruchus multiplicare ut  
lucusta

## Nahum 3

3:10 Yet she also was removed and carried into captivity: her young children were dashed in pieces at the top of every street, and they cast lots upon her nobles, and all her great men were bound in fetters.

3:11 Therefore thou also shalt be made drunk, and shalt be despised: and thou shalt seek help from the enemies.

3:12 All thy strong holds shall be like fig trees with their green figs: if they be shaken, they shall fall into the mouth of the eater.

3:13 Behold thy people in the midst of thee are women: the gates of thy land shall be set wide open to thy enemies, the fire shall devour thy bars.

3:14 Draw thee water for the siege, build up thy bulwarks: go into the clay, and tread, work it and make brick.

3:15 There shall the fire devour thee: thou shalt perish by the sword, it shall devour thee like the bruchus: assemble together like the bruchus, make thyself many like the locust.

## Nahum 3

<sup>3:16</sup> plures fecisti negotiationes tuas quam stellae  
sunt caeli bruchus expansus est et avolavit

<sup>3:17</sup> custodes tui quasi locustae et parvuli tui quasi  
locustae locustarum quae considunt in sepibus in  
die frigoris sol ortus est et avolaverunt et non est  
cognitus locus earum ubi fuerint

<sup>3:18</sup> dormitaverunt pastores tui rex Assur sepelientur  
principes tui latitavit populus tuus in montibus  
et non est qui congreget

## Nahum 3

<sup>3:16</sup> Thou hast multiplied thy merchandises above  
the stars of heaven: the bruchus hath spread  
himself and flown away.

<sup>3:17</sup> Thy guards are like the locusts: and thy little  
ones like the locusts of locusts which swarm on  
the hedges in the day of cold: the sun arose, and  
they flew away, and their place was not known  
where they were.

<sup>3:18</sup> Thy shepherds have slumbered, O king of As-  
syria, thy princes shall be buried: thy people are  
hid in the mountains, and there is none to gather  
them.